Quelle: https://manuscripta.at/?ID=40644
Copyright: Melk, Benediktinerstift

voto completo statim disformitas decrescere cepit. et
in breui omnino disparuit. Testis vnus. et habetur in
inquisitione generali. numero testium. ix.

Mulier citacionem super testimonijs miraculorum be
ati leopoldi paruipendens. et a iuramento prestando
se retrahens. vehementem dextri brachij dolorem mad
et tota facie ita discolorata fuit. vt ab omnibus admi
raretur. remorsum conscie habens. et sibi talia per
peccatum accidisse cogitans. se beato leopoldo com
mendauit. et in continenti pristine sanitati et colo
ri restituta fuit. habet contes. i. sex. cx. loco examinatu.

Puer cui spina piscis in gutture remansit. per in
horas suffocari putabatur. voto emisso ad statim
a matre videntes spina deorsum declinauit. et pu
er liberatus fuit. testis mr.

Nauigia quatuor et
presbiter vnus in parua nauigula fluctibus et ven
tibus adeo percussi. vt vltra per medietate cor
poris sui in aquis adminus per vnum miliare sine
aliquo releuamine fluxerunt. existimantes im
possibile esse. ipsos a periculo aquarum saluari et li
berari posse. inuocatione ad beati leopoldum
emissa. a periculo redempti fuerunt. Testis cristo
nus vnus ex ipsis.

Dicam qui guerrarum tem
pore oppido ac monasterio neuburgen. claustralis
nocere desiderauit. affectum suum ad effectum nun
perducere potuit. tes. i. dicit se de principali audiuisse.

Frenetici liberati numero duo.

Mulier nobilis ad tantam frenesim deuenit. vt
per medium annum vel circa nec mariti nec cogna
tos cognouit. sed manibus et pedibus ligata deman
buit. cum nulla poterat medela curari. voto (quod
in somnis ex visione sibi reuelata emiserat) comple
to. mox ab infirmitate huiusmodi extitit liberata.
Testis ipsa.

Alia per xvj. ebdomadas ratione pri
uata. voto pro maritum emisso et completo. statim
apud tumba multis pentibus sanitate recepit. testis
ipsa. et habet contestes vnum. eodem loco examinatum.

Paralitici liberati numero octo.